





EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.









Quæstio
DE SACRA
DOMINI COENA,


Continens statum controuersia
inter Ecclesias Augustanam Con-
fessionem amplectentes & Cal-
uinianos;

Proposita

CORNELIO BECCERO
S. THEOLOGIAE LICENTIATO,
Lipsiæ ad D. Nicol. Pastori

*In actu Doctrinae VIII. Nouemb. An.
M. D. XCIX. celebrato:*

Et comprehensa certis Thesisibus, vt de
ijsdem suo tempore & loco placida
συζητησις instituatur.



LIPSIÆ

Imprimebat Michaël Lantzenberger.

Suntibus IACOBI APELII.



Magnifico Academiae Lipsi-
ensis Rectori

Domino Doctori

MATTHAEO
DRESSERO,

Historiarum & linguae utriusque
Professori celeberrimo;

ET

Clarissimo Consultissimoq;
viro Domino

THEODORO MÖ-
STELIO I. V. D.

Iudicij Supremi aduocato,

nec non

Reipub. Lipsiensis Senatori
primario,

Compatribus & fautoribus suis eximijs

d. d.

CORNEL. BECKER L.





Q V Æ R I T V R,
Vtrum in actione Coenæ, Corpus
& Sanguis Domini nostri IESV CHRIS-
TI verè & substantialiter præsentia, cum
pane & vino distribuuntur, & ab omni-
bus ad sacram Synaxin accedentibus ore
corporis manducantur ac bibantur: An
verò sensum ab hoc diuersum Institutio-
nis verba admittant?

T H E M A T A.

I.

Nenodanda proposita questione, ut
verum à falso rectius discernatur, ordine
Græcè monstrabimus

1. τὸ πρῶτον verborum institutionis retinendum esse:
2. Corpus & sanguinem Christi in Cæna actione
verè esse præsentia;
3. Eademq; ore corporis comedi & bibi unà cum
symbolis externis:
4. A dignis pariter & indignis, dispari tamen
sorte, vel ad vitam vel ad iudicium.
5. Quibus pauca de ceremonijs, quæ in controuer-
siam veniunt, addemus.

A 2

CAPVT

Caput I.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΗΤΟΥ
VERBORVM COENÆ.

II.

Duplex im-
postura Sa-
cramenta-
riorum cir-
ca τὸ πρῶτον.

*Qui Sacramentarium errorem novis
subinde pingunt coloribus, duplicem plarunq; verbis
institutionis vim inferunt, dum aut iudicium illis de hac
controuersia non permittunt: aut contorta interpre-
tatione à vero & genuino sensu eadem deflectunt.*

III.

*De utroq; quomodo id faciant, & quam benè, vi-
debimus.*

IV.

I.
De Iudice
huius con-
trouersiz.

*Varia à varijs tentata sunt media, quibus desu-
giant aut illudant iudicium ex verbis Cœnae Dominice
in hac causa prolatum.*

V.

Caluin. ex-
autorât ver-
ba institu-
tionis.

*Negant expressè Calvinus & Beza ex verbis insti-
tutionis hanc controuersiam decidi posse.*

Caluin. Defens. 2. contra VWestphalum.
Beza homilia 2. de Cœna.

VI.

*Edicunt Bullingerus & Tigurini Theologis nostris,
ne fundamenti loco in hac causa allegent verba Cœnae.*

In respons. ad Iacob. Andr. Apolog.

VII.

*Postulat Schvvenckfeldius, ut ex oculis remoue-
antur verba Accipite Comedite, &c. & natura potius
corpo-*

DE S. DOMINI COENA.

Corporis & Sacramentorum, veterumq; typorum consideretur, & sic veritas inquiratur.

Luther. in confess. minori.

VIII.

Probrio nobis vertit Petrus Martyr (Dialogo 2.) quod pro dogmate nostro obtinendo non nisi τὸ πῆρὸν habeamus; tria misera verba, ut quidam Daniel à Büren Bremensium Consul contumeliosè eadem notavit.

IX.

Quod si communes istorum confessiones introspiciantur, patebit, ipsos vel ad rationis dictamen & sensuum iudicium appellare: vel ad sextum Iohannis capitulis huius decisionem referre: vel ad Sacramentorum generalem quandam rationem prouocare, ut à verbis Cæna animos abducant, & sententiam suam, de significato potius, quàm verè exhibito CHRISTI corpore in Cæna actione, obtineant.

Aliam constituunt iudicij normã.

1.

2.

3.

X.

Vt verò à calce ad caput has rationes examinemus, mirum profectò videri poterat, quod hodiè argumentis ex Sacramentorum natura & ratione petitis, tantopere sese efferant Sacramentarij, cum olim vix nomen Sacramenti ferre potuerint.

Refutat.

1. Sacramentorum ratio Calvinianis non patrocinatur.

Lutherus contra Cœlestes Prophetas.

XI.

Non magni forsitan momenti videbitur hæc questio ijs, qui subtiliori acumine argumentum hoc tractant, & crassio rem Carolstadij (Magistri tamen sui) Mineruam fastidiunt.

A 3

Digna

XII.

Digna tamen erit, in qua Bremensis Sophista cum Embdensi societate sua se exerceant, qui in eo toti sunt, ut inuidiam & odium extremum Lutheri, suo vero Carolstadio fauorem & beneuolentiam, & tantum non immortale decus ex hac causa concilient.

XIII.

His tandem opus erit, ut vel monstrum istud hominis cum suo Sacramento detestentur: vel si saluum hoc velint, argumenta ex Sacramentorum natura fabricari desinant.

XIV.

Duplex sophistica Calvinianorum circa Sacramentorum notionem.
Verum ut ad rem ipsam nos referamus, constat, Calvinianos, dum ad Sacramentorum naturam in hac controuersia subinde prouocant, duplici Sophistica Ecclesie imponere.

XV.

Primum in uocabulo Sacramenti ludunt, quod interdum de externis symbolis, altera huius Sacramenti parte: interdum de tota actione in oculos incurrente usurpatur.

XVI.

Cumque de tota actione uoce accepta, Sacramentum visibile signum inuisibilis gratiae Augustinus recte appellauerit: Calviniani ad symbola nuda dictum hoc referentes, Corpus CHRISTI in Cæna non offerri

ferri & distribui, sed tantum significari concludunt.

XVII.

Sed hac sententia Augustino in mentem non venit, qui Sacramentum duobus constare affirmavit, visibili elementorum specie, & invisibili Domini nostri IESU CHRISTI carne & sanguine.

In sententijs Prosperi.

XVIII.

Παραλογισμῶν deinde ὅτι τὸ κατὰ τι πρὸς τὸ ἑπὶ πλῶς in eodem negotio sophisticantur aduersarij.

XIX.

Ex communi enim Sacramentorum ratione, qua est obsignare gratiam, argumentantur concludentes: Omnem Sacramenti Coenæ rationem in significando consistere, ideoq; praesentia corporis & sanguinis Christi opus non esse.

XX.

At monstrosum est hoc argumentum à positione generis ad negationem differentia specifica.

XXI.

Non enim ex communi Sacramentorum descriptione, sed ex definitione propria, quam verba Institutionis suggerunt, qua cuiusq; Sacramenti συστατικῆς ἀναφορὰ cognoscetur.

XXII.

Docet verò Institutio Saluatoris, Corpus Domini-cum cum pane comedendum, & sanguinem cum vino biben-

T H E M A T A

*bibendum nobis praeberi, ut gratia & remissio peccatorum conferatur & obsignetur credentibus, non minus ac in Baptismo, per salutaris aquae verbo annexa asper-
sionem, eadem gratia confertur obsignaturq̄.*

X X I I I.

*Tota ergo Coena actio in oculos incurrens inuisibili-
lis gratia, hoc est, remissionis peccatorum, iustitiae & sa-
lutis, signum, ex Augustini sententia, rectè appellatur.*

X X I V.

*Perperam verò hinc infertur à Calvinianis im-
patoribus, Panem signum esse absentis Christi corporis.*

X X V.

2. Sextum
caput Iohā-
nis litē hanc
non dirimit.

*De sexto Capite Iohannis sic respondemus: Agi
in illo de spirituali carnis Christi manducatione, quae &
ipsa ad salutarem Coena usum requiritur: attamen non
ita huius Sacramenti propria est, ut extra illud locum
non habeat.*

X X V I.

*Cumq̄, tum temporis, quando contra Capernaitas
Saluator disputavit, nondum Coena sacramentum insti-
tutum fuerit, requiri inde controuersiae huius decisio
non debet.*

X X V I I.

*Qua quidem ratio tam euidentis est, ut ipse etiam
Calvinus eidem subscribat.*

In harmonia Euangelist.

X X V I I I.

3. Nec ra-
tionis iudi-
cium,

*Ceterum rationis & sensuum iudicium, quod pro
se allegant Calviniani, in hoc negotio non admittimus.*

Est

DE S. DOMINI COENA.

XXIX.

Est enim fidei hoc mysterium humana intelligentia captum longè excedens, de quo rectè usurpatur illud veterum: Non intelligendum vt credamus, sed credendum vt intelligamus.

XXX.

Iubemur enim demoliri λογισμὸν & omnem celsitudinem extollentem sese aduersus Dei cognitionem, ac ducere captiuam omnē cogitationem, vt Christo obediat.

2. Corinth. 10.

XXXI.

Prætoriam deniq; istorum autoritatem, qui à fundamento vero & solido arcere nos volunt, nihili facimus: potior nobis Christi est autoritas, qui religiosè sanxit, quod credere & facere nos voluit in hoc pietatis sacramento.

4. Multo minus Doctorum Calvin. autoritas.

II. Vera sententia de iudicio ex institutione Christi petendo, probatur.

I.

XXXII.

Ab huius voluntate discedere nobis religio est, non minus ac liberis frugi à voluntate Patris, quam moriturus contestatus fuerat.

XXXIII.

Quod si Iureconsulti, ubi certam & expressam legem habent, non de ea, sed secundum eam, iudicium volunt institui: Quanto magis à nobis id fieri conuenit, qui in mandatis habemus, vt dilecti Filij Dei instituta tanquam oracula veneremur.

II.

XXXIV.

Ignotum aduersarijs esse non potest, Institutionem à tribus Euangelistis, & D. Apostolo literis mandatam argumenti huius sedem esse propriam, Cur igitur

III.

B

iudici-

iudicium huius controuersie aliundè petunt?

XXXV.

Certè Saluator ipse infallibilem hanc iudicij regulam & normam suo exemplo, cum contra Phariseos & Sadduceos disputaret, stabiliiuit, quod de qualibet materia ex sede propria rationes sint petenda.

Matth. 19. 22.

XXXVI.

Intolerabilis igitur licentia est, quam Dipnosophistæ in transferendo & subuertendo fundamento huius disputationis sibi sumunt.

XXXVII.

IV.

Nec minus ad Pontificios res est pessimi exempli.

XXXVIII.

Si enim Sacramentarijs de verbis Testamenti CHRISTI impunè pronunciare licet, quod materiam litis præbeant, non vocem obtineant iudicis: Quomodo de cæteris Scripturis idem Pontificijs statuere non licebit?

XXXIX.

V.

Quid verò certi in Theologia erit reliquum, aut quomodo illa norma erit iudicij in controuersis, aut fundamentum πνευματικῆς fidei in tentationibus, si Scriptura loca, argumenti natiuam & propriam sedem continentia, in dubium vocare impunè fuerit?

XL.

Ex quibus constat, Nos bona conscientia aliter facere non posse, quàm ut institutionis verba pro fundamentis

DE S. DOMINI COENA.

damento vero ac solido in hac tota controversia agnoscamus.

XL I.

Atq; de autoritate & pntē hactenus: nunc de eiusdem interpretatione.

II.
De signifi-
catione &
pntē.

XL II.

Non autem disceptatur inter nos & Calvinianos, utrum verba Cœna aliquam interpretationem admittant. Quis enim sane mentis de hoc dubitet?

XL III.

Sed num talem admittant *ἄρτοις*, quaritur, qua sententia & mens Saluatori nostro Cœnam instituenti affingatur ea, quæ cum verbis ipsis, propriè intellectis, è diametro pugnet.

Status con-
trouersie.

XL IV.

Ita quidem, ut Corporis voce, non verum illud & naturale Corpus, ex Maria virgine à Filio Dei assumptum; Sanguinis appellatione, non verus ille cruor in passione effusus, sed eorundem figura & representatio; Edendi & bibendi vocabulis non corporis, sed mentis actio, eaq; spiritualis, denotata perhibeantur.

XL V.

Sacramentariorum hoc disputationes contendunt. Negat Lutherus & qui cum ipso Testamentum Christi inuiolatum cupiunt.

XL VI.

In oppugnando verò proprio verborum Institutio- nis sensu, aduersarij sinistra interpretatione sua, nunc verba singula aggrediuntur; nunc totam propositionem inuadunt.

I. Sacramē-
tariorum
ὑποδεγμ-
νεία.

B 2

Termi-

XLVII.

In singulis
terminis.

*Terminorum certè propositionis, Hoc est cor-
pus meum, nullus à ἁρεβλῆ σοφιστικῆ inominis fuit, o-
peram hanc sedulo dantibus primis etiam huius belli au-
toribus, ut suo quilibet abundaret sensu, nec ulli Regi
nisi sua placeret Regina: In eo verò conspirantibus uni-
uersis, Non verum CHRISTI corpus fuisse, quod in
Cæna Ipse distribuit; ore comederunt discipuli.*

XLVIII.

*Carolstadius τὸ δὲκτικὸν τῆτο ad Corpus mensa assi-
dens, non ad panem benedictionis referebat.*

XLIX.

*Oecolampadius CORPVS non de substantia, sed de
signo Corporis accipi volebat.*

L.

*Copulam EST ἑποπικῶς per significat Cinglius in-
terpretabatur.*

LI.

*Alie aliorum fuerunt opiniones, quibus recensenden-
dis super sedemus, cum pleraq; recentioribus istius Tra-
gædia Choragis sordeant.*

LII.

In tota pro-
positione.

*Vna Cinglij sententia Sacramentarijs visa est ele-
gantior, in qua comenda exornandaq; opera precium
se facturos arbitrantur, ita tamē ut in propositionem to-
tam potius, quàm in verbum EST figuram transferant.*

LIII.

*Figuram hanc Metonymiam sacramentalem appel-
lant, eamq; ita interpretantur, quòd signo appellatio
rei signata tribuatur, ita, ut Corpus & Sanguis CHRIS-
TI*

STI

DE S. DOMINI COENA.

STI per panem & vinum in Coena Sacramentaliter
SIGNIFICARI censendum sit secundum Bezanam ex-
positionem.

Quæst. & Respons. 231.

LIV.

Estq; hæc communis Calvinistarum confessio &
extra controuersiam posita, quod verba Coenæ solen-
nia FIGURATE accipienda sint, ita ut Panis & Vi-
num dicantur esse id quod significant, & quod repro-
bandi sint tanquam præposteri interpretes, qui præcisè
literalem urgent sensum.

Caluin. in formula Consens. cum Heluet. Ecclesijs.

L V.

Nos repudiata huiusmodi Ἀγνοία & ἁπολογία II. Vera sen-
literalem sensum amplectimur, & toto pectore credi-
mus ac confitemur ore, Panem & Vinum, cui benedi-
cimus, communionem esse Corporis & Sanguinis Christi,
& non significare tantum, sed verè etiam exhibere
hoc ipsum Corpus & Sanguinem Dominicum, & ex
mandato Saluatoris verè, non in figura, cum pane
corpus manducari, cum vino sanguinem Christi ex ca-
lice sacrato bibi, natua & propria verborum significa-
tione omni ex parte seruata.

tentia ver-
borum Cœ-
næ.

LVI.

Ab hac simplici & plana sententia, quo minus
dimoueri nos patiamur, subscriptis mouemur rationibus
sanè gravissimis.

Rationes
cur ἡ φησὶν
sit retinen-
dum.

LVII.

Quia nimirum verba per se plana sunt, nihil ob-
scuri, nihil absurdi, nedum impj in se consinentia.

I.

B 3

Illu-

LVIII.

II. Illustrata insuper sunt, & aduersus corruptelas munita, Saluatoris ipsius interpretatione, qua illud ipsum Corpus, quod in ara crucis victimam pro nobis oblaturus erat; & sanguinem fundendum in remissionem peccatorum, in cibum & potum se offerre palam asseuerabat.

LIX.

III. Cumq; hac interpretatio à tribus Euangelistis tanquam Notarijs omni exceptione maioribus, literis prodita sit, nec aliud D. Apostolus à CHRISTO ad dexteram maiestatis Dei constituto acceperit, in hoc unanimi testium veritatis consensu iure acquiescimus.

LX.

IV. Merito & illud nos mouet, quòd Institutionis verba, sunt verba MANDATI, & quidem Domini Redemptoris ac Saluatoris nostri IESV CHRISTI, cui fidem debemus & obedientiam sine exceptione omnem.

LXI.

Nihil hic sancire voluit nec sanxit unquam, quod prestare non potuerit. Verax est, mentiri nescit, Omnipotens est, facit quæ vult. Nec est ἀδύνατος apud ipsum vllum verbum.

Num. 23. Psal. 33. 115. Luc. 1.

LXII.

Ideoq; nos Abrahami exemplo omnes ἀτιμωρίας & absurditates, quas ratio in hoc mysterio sibi fingit, ut & ἀτιθέσθε ψευδώνυμα γνώσεως, quas aduersarij commentantur, fiducia veritatis & omnipotentia Christi facile

DE S. DOMINI COENA.

facile superamus, certi, quod in eos & facere possit, qua
nos ne cogitatione quidem assequimur.

1. Timoth. 6. Ephes. 3.

LXIII.

Sed & Testamenti verba sunt, à quibus discedere
religio est.

V.

LXIV.

Hominis enim Testamentum non spernitur, nec
quicquam illi additur, maximè si morte testatoris com-
probatum sit.

Gal. 3.

LXV.

Scelus igitur fuerit in Saluatoris nostri Testamen-
to id audere, quod in hominis impium existimatur.

LXVI.

Valent verba hominis mortui, inquit Augusti-
nus, iacentis sine sensu in monumento: Sedet CHRIS-
TUS in coelo & contradicitur eius testamento!
Non sine testamento dimisit nos Pater: Qui fecit
testamentum, viuit in æternum, audit voces nostras,
agnoscit suam, Legamus: quid litigamus? vbi in-
uenta fuerit hæreditas, ipsam teneamus.

Augustinus in Enarrat. Psal. 22.

LXVII.

Nec verò præsumitur aliud Christum voluisse,
quàm quod Testamenti verba exprimunt, cum contrari-
um si voluisset, æquè facile dicere potuisset.

LXVIII.

Indignum itaq; est de Testamento Filij Dei questio-
nem voluntatis admittere, cum in verbis nulla sit ob-
scuritas: Indignissimum re ipsa & iudicio commutare
rem, quam verbis & literis commutare non possis.

Et

L X I X.

Et quomodo quæso violati Testamenti crimine se non astringent: Quomodo legatum ipsum non amittent, qui tam nefario ausu Testamenti tabulas corrumpunt, & sensum à verbis alienum ipsdem affingunt?

L X X.

VI. Ceterum cum in reliquorum tam Veteris quàm Novi Testamenti Sacramentorum institutione, Dominus perspicuis semper & planis verbis usus sit, à quibus ne latum quidem unguem discedere licuit: Vtiq; non est verisimile, in hoc sacratissimo Cæna instituto prestigijs verborum ludere ipsum voluisse, aut nostro committere arbitrio, quid hac de re sit credendum.

L X X I.

VII. Cum deniq; in omnibus fidei negocijs certo opus sit fundamento, cui cor fidele innitatur, & quidem cum τολημοσύνη omnes tentationum fluctus & turbines sustinente superantēq;: Vtiq; non sine presentissimo facerent animarum periculo, qui posthabitis verbis ore veritatis enunciatis, speciosa glossemata & commenta humani ingenij sequi vellent.

L X X I I.

Concludimus itaq; nec per Christi Domini nostri veracis, sapientis & omnipotentis sacrosanctam nobis auctoritatem; nec per reuerentiam erga testes veritatis Evangelistas & Apostolos; nec deniq; per conscientiam, nos à pntō verborum institutionis Cæna ullo modo discedere & Calvinianorum tropologica somnia amplecti posse.

Atq;

LXXIII.

Atq; hac quidem de prima huius disputationis parte, cui tanquam fundamento reliquam contignationem facilius superstruemus.

Caput II.

D E P R A E S E N T I A R E A -
L I C O R P O R I S E T S A N G V I -
N I S C H R I S T I I N C O E N A .

LXXIV.

Eucharistia duabus rebus constat, una terrena, Caelesti altera, ut Irenaeus loquitur, seu ut Augustinus, Visibili Elementorum specie & inuisibili Domini nostri IESV CHRISTI corpore & sanguine.

Duae res in
Coena.

Irenæus lib. 4. cap. 34.

Augustin. in Sent. Prosperi.

LXXV.

Haec duae res num verè in terra, ubi Coena Domini administratur, praesentes sint, & cum pane & vino distribuuntur, acriter inter nos & Calvinianos controuertitur.

Status con-
trouersæ.

LXXVI.

Cinglius olim, ingenua confessione, praeter panem & vinum in Coena negabat quicquam adesse, & sententiam eorum, qui contrarium sentirent, tanquam erroneam damnabat.

Sacramen-
tariorum
fluctuantes
sententia de
praesentia
corporis
Christi.

LXXVII.

C

Calui-

T H E M A T A

Calvinus & eius discipuli callidius rem gerunt & questionem esse non de praesentia, sed de modo saltem praesentia, contendunt.

LXXIX.

At fucus merus est & σοφὸν φάσμαρον, quod Cingly sententia adhibent. Dum enim praesentiam ἐσιώδη negant, substituunt verò ἐνεργητικὴν ἢ οὐκ ἐνικλὴν, ipsum corpus & sanguinem Dominicum à Cæna eliminant.

LXXX.

Nec occultare has insidias possunt, quin frequenter in vocem hanc impiam erumpant, tam procul abesse corpus Christi à Cæna, quàm procul abest supremum cælum ab ima terra.

Beza in Colloquio Possyaceno. Item Respons. i. ad Colloquium Mompelgard.

LXXXI.

Vera sententia.

Nos contra ex Institutione Salvatoris, credimus & fatemur, Corpus & Sanguinem Christi in actione Cæna verè substantialiter adesse & distribui cum pane & vino.

LXXXII.

Verè & realiter cum dicimus id fieri, non modum (qui ἀνεξίτητος est) exprimimus, sed veritatem praesentia asserimus.

LXXXIII.

IN, CVM, SVB, particulae cur versurpentur.

Ad quam significandam formulas quoque adhibemus, IN, CVM, & SVB pane, quibus simplicem verborum Institutionis sensum non pervertimus, sed stabilimus.

LXXXIV.

Ostendunt enim ha particula, Panem & Vinum media esse diuinitus ordinata, ad veram corporis & sanguinis

DE S. DOMINI COENA.

Sanguinis CHRISTI distributionem & sumtionem.

LXXXV.

Excludunt commentum Pontificium μεταβολῆς ἢ μεταβολῆς, qua substantiam Panis, vi consecrationis sacerdotalis, in corporis Christi substantiam abire, & nuda remanere panis accidentia fingunt.

II.

LXXXVI.

Nec minus suspicione nos liberant συσχῆσεως seu commixtionis duarum substantiarum ab Aduersarijs sine fronte nobis afficta.

III.

LXXXVII.

Vtrumq; commentum orthodoxa Antiquitas ignorauit, nec tamen ab harum particularum usu abstinit.

IV.

LXXXVIII.

Sic enim Augustinus mandatum Christi allegat: Hoc accipite IN pane, quod pependit in cruce.

In Sermone ad Neophytos.

LXXXIX.

Sic Chrysostomus loquitur: Hoc quod in poculo existit, est illud, quod ex CHRISTI latere effluxit, in cap. 10. 1. Corinth. Et iterum: CUM illis rebus quæ videntur, simul adesse creditur Corpus & Sanguis CHRISTI.

Lib. 3. de Sacerdot.

XC.

Bernhardi sententia est: Quod videmus, species est panis & vini, quod sub illa specie credimus, verum corpus & verus sanguis est Christi, quod pependit in cruce, & fluxit de latere.

In serm. de Cœna.

XCI.

Horum vestigijs insistentes in gratiam aduersariorum ab usu harum vocum non abstinebimus,

C 2

donec

T H E M A T A

*donec in gratiam veritatis, praesentiam Christi veram
& realem isti nobiscum amplexi fuerint.*

X C I I.

Præsentia
Corporis
CHRISTI in
Cæna non
est localis.

*Calumniam de locali inclusione, qua aures nobis
obtundunt, parum moramur; Cum non magis in Cæna
mysterio locum ea habeat, quam in articulo de perso-
nali unione duarum Naturarum in CHRISTO, ad
quam exprimendam frequenter Euangelista & Aposto-
li has ipsas particulas adhibuerunt.*

X C I I I.

*Etsi verò unio Personalis & Sacramentalis ne-
quaquam confundenda sunt: Quia tamen in eo con-
ueniunt, quòd dua diuersæ Natura secundum substan-
tiam, modo ἕνωσις, utrobique coniunguntur: for-
ma loquendi hæc & alie multe, ab illo ad hoc mysterium
haud incommode transferri possunt.*

X C I V.

Probatio
veræ præ-
sentiaæ Cor-
poris Chri-
sti, &c. ex
verbis Cæ-
næ.

*Sed de particulis satis. Res nunc postulat, ut sen-
tentiam nostram, de vera praesentia Corporis & San-
guinis Christi, ex verbis Institutionis, tanquam solido
& unico fundamento causæ nostræ, demonstremus.*

X C V.

I.

*Extra controuersiam positum est, eandem sub-
stantiam esse Cæna, quam nos celebramus, cum ea, quam
Saluator primum instituit & ad nouissimum usque diem
peragi voluit.*

X C V I.

*Idem ergo manu Ministrorum in nostra distribui-
tur administratione, quod manu Christi distributum
fuit in prima institutione.*

Christus

XCVII.

Christus verò non solum Panem & Vinum, sed Corpus etiam & Sanguinem suum comedendum bibendumq; discipulis praeiuit.

XCVIII.

Sic enim in priori parte Institutionis verba habent: *Edite, HOC EST CORPUS MEVM, QVOD PRO VOBIS TRADITVR.*

XCIX.

SVVM appellat Corpus Saluator, quod verum, non figuratum, non typicum, non *οχηρον* corpus est.

II.

C.

Verum Corpus pro nobis traditum est. Redempti enim sumus corpore carnis Christi. Idem ergo in Cæna praesens est.

III.

VI.

CI.

Nec minus ex verbis alteram Institutionis partem designantibus, veritas praesentiae Sanguinis Christi probari potest.

CII.

Bibite ex hoc omnes, inquit Christus: Hic Calix nouum Testamentum est in meo sanguine, seu quod idem est: Hic Sanguis est noui Testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.

CIII.

Sanguinem iubet bibere *SVVM*, pro peccatis nostris effusum. Verus non figuratus sanguis effusus est pro peccatis nostris. Idem ergo praesens est in Cæna.

IV.

CIV.

Nec est quod scrupulum dubitationis inijciat nobis

C 3

bis

εὐαγγελιστῶν
 de va-
 rietate in
 verbis Eu-
 angelistarū.

bis, varietas verborum institutionis in hac parte. Con-
 tradictio nulla inest, sed mera ἐνείκελις, quæ usq; ad eò
 nihil derogat veritati presentie sanguinis Christi, ut
 eandem magis etiam confirmet.

CX.

V. Siquidem hac instar ansularum in catena, ut Lu-
 therus vocat, aurea, inter se connectuntur, Vinum in
 poculo, Sanguis in vino, Testamentum in sanguine;
 Remissio peccatorum in Testamento.

CVI.

Horum uno in legitima Cœna actione posito, alte-
 rum quoq; poni necesse est. Et contra.

CVII.

IV. Praesidium verò & illud est inuictum cause no-
 stra, quod Dominus sanguinem suum Noui Testamenti
 appellat sanguinem.

CVIII.

Voluit enim umbra Corpus: figura, ipsam rerum
 substantiam substituere.

CIX.

Collatio Ve-
 teris & No-
 ui Testa-
 menti.

In corpore igitur & sanguine suo Nouum sanxit
 Testamentum, ut responderet umbra Corpus; Agno
 paschali, Agnus verus peccata mundi tollens: Sangui-
 ni animalium, Sanguis Domini nostri IESV CHRIS-
 TI, quo redempti sumus & emundati à peccatis nostris.

CX.

Vnde cum iisdem verbis uteretur Christus, quibus
 Moses veteris Testamenti Mediator usus fuerat,
 Exod. 24. διόρισθον addidit, quo & se verum Pontifi-
 cem, & sanguinem Noui Testamenti, non animalium,
 sed suum proprium sanguinem esse, testatum faceret.

Duplici

CXI.

Duplici verò iure sanguis Christi sanguis Noui Testamenti dicitur: tum quia effusus est in remissionem peccatorum: tum quia remissio peccatorum per eundem in Cæna haustum nobis applicatur.

CXII.

Utumq; iuxta typum veteris Testamenti, in quo Moses, tanquam Fœdalis antiqui fœderis, sanguine hircino partim aram Domini, partim populum aspergebat, Exod. 24.

CXIII.

Et quemadmodum illic sanguis animalium Sacramentum erat fœderis, in quo Deus populo sua beneficia, populus viceversa Deo obedientiam suam astringebat: Ita hic sanguis Christi medium & Sacramentum est cùm reconciliationis nostræ cum Deo, tùm fiduciæ nostræ erga Deum.

CXIV.

Concludimus ergo, verum Christi sanguinem in Cæna præsentem esse: Cùm in Veteri verus sanguis fuerit.

CXV.

Secus enim si res se haberet, umbræ corpus; & substantia rerum figura haud responderet.

CXVI.

Imò multò obscurius esset Nouum Testamentum Veteri, si verum corpus & sanguis Christi in eodem non distribuerentur.

VII.

CXVII.

Nam perspicua & euidentis admodum est analogia inter agnum olim mactatū & Christi mortē, Inter sanguinem item hircinum, & sanguinem Christi p peccatis nostris

nostris effusum, cuius analogia vix umbra deprehenditur, si panis & vinum cum Christi morte & effuso sanguine conferantur.

CXVIII.

Nec consistent prerogative Novi Testamenti (quod D. Apostolus tamen diei, vetus autem nocti comparat Rom. 13.) si prater panem & vinum in Sacramento eiusdem nihil est reliquum.

CXIX.

VIII.

His immotis rationibus ex institutione petitis apponimus hanc, ex Pauli testimonio extractam, qui Panem in Coena fractum *νοικωvίαν* Corporis; benedictum verò poculum *νοικωvίαν* Sanguinis Christi appellavit, 1. Cor. 10.

CXX.

Si enim participes fieri debemus Corporis & Sanguinis Christi, idq; per manducationem & bibitionem: necesse utiq; est, ut presentia haec sint, non *αετικώς*, sed verè & realiter.

CXXI.

IX.

Idem Apostolus de indignis non dubitavit affirmare, quod rei fiant Corporis & Sanguinis Christi, idq; manducando & bibendo, 1. Cor. 11. hoc ipso realem confirmans *νοικωvίαν* & presentiam in Coena Corporis & Sanguinis Christi.

CXXII.

X.

Libet his Iohannis Evangelistae & Apostoli testimonium annumerare, 1. Ioh. 5. Hic est qui venit per aquam & sanguinem CHRISTVS IESVS, non per aquam solum, sed & per aquam & sanguinem:

Duo

DE S. DOMINI COENA.

Duo Ecclesie Sacramenta exprimens, qua sunt media per qua Christus ad nos venit, suaq; beneficia nobis offert.

CXXIII.

Quod verò in terra non minus Sanguis Cœna, quàm salutaris baptismi aqua presens sit, idem Apostolus clarè testatur, quando mox subiicit: Tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis; & hi tres vnum sunt.

CXXIV.

Ex his uniuersis & singulis concludimus: Corpus & Sanguinem CHRISTI in Cœna verè presentia esse, & distribui cum pane & vino.

CXXV.

Caluiniana verò somnia de significato Christi Corpore, & quædam seu relatiua presentia, repudiamus.

Caluinian. fundamenta] euertuntur.]

CXXVI.

Nec mouet nos, quod de Sacramentorum vna eademq; ratione nobis obijciunt, & in Noui Testamenti Sacramento, non magis presens esse CHRISTI Corpus, quàm in Veteri olim fuerit, contendunt.

I. Figmentum de vna eademque ratione omnium Sacramentorum.

CXXVII.

Fingitur, non probatur, quod de vno eodemq; cibo & potu Veteris & Noui Testamenti ab istis narratur, & sophisticè Sacramentorum appellatione luditur, vt supra ostendimus.

CXXVIII.

Sed Corporis tamen (aiunt) hac natura est, vt sua præditum sit quantitate, videatur, tangatur, &c.

II. De Natura corporis Physici.

D

nec

nec in pluribus quàm in vno simul & semel sit loco: Vnde Plautinum illud in nos usurpant: Vos ne dicere audetis, quod nemo antehac vidit, nec potest fieri, vno tempore homo idem duobus locis vt simul sit.

CXXIX.

*At valeant cum ista comica & scurrili sua ma-
taologia: Nos Christum nouimus habere verum & na-
turale corpus, sed eiusmodi tamen quod (vt Tertullia-
nus inquit) potentius est omni lege corporum, quia cor-
pus est Filij Dei proprium, in quo omnis plenitudo Dei-
tatis habitat corporaliter, Col. 1.*

CXXX.

*Et cum in assumpta carne Christus donatus sit o-
mnipotestate, Matth. 28. nihil dubitamus quin & hoc
prestare possit, quod in Cæna sanctione promisit.*

CXXXI.

*Nec obstant fidei articuli de Christi in cælum af-
censu, De sessione ad dexteram Dei, deq; eiusdem redi-
tu ad iudiciũ, quos aduersarij perpetuò nobis obijciunt.*

CXXXII.

*Ascensu enim suo Christus non cælo captus est,
vt nugatur Beza, sed super omnes cælos ascendit,
vt impleret omnia, Ephes. 4. Non loco inclusus, sed
locis omnibus altior factus, vt Chrysostomus loquitur.*

Hebr. 1.

CXXXIII.

*Consedit ad dexteram Dei, ita, vt per modum de-
xteræ, hoc est, Diuina maiestatis, omnia potenter & pra-
senter regat ac gubernet in assumpta etiam carne. Effi-
caciâ igitur ea qua omnia sibi potest subijcere, (Phil.
3.) prestabit quoq; nobis corpus & sanguinem suum in
Cæna.*

Redi-

III. Com-
mentum de
ἀπολογία ar-
ticulorum
fidei cum
præsentiâ
Christi in
Cæna.

CXXXIV.

Redibit in nouissimo die, quemadmodum ascendit, visibiliter nimirum, Actor. 1. Interim inuisibiliter & sub velamento Sacramenti, (ut Bernhardi verbo utar) adest in Cæna corpore & sanguine suo.

CXXXV.

Qua ratione dicta quoque Scriptura explicamus de Transitu Christi ex hoc mundo ad Patrem, Ioh. 16. 17. & c. cum his non tam loci quàm maiestatis significetur permutatio.

IV. Dicta de Transitu Christi ex hoc mundo, quid sibi velint.

CXXXVI.

Non enim opus habuit, vel latum pilum, locum mutare Saluator noster, ut ad Patrem veniret: Cum Pater in ipso semper fuerit: Opus autem fuit, ut per passionem & mortem in regnum glorie suæ intraret, Luc. 24.

CXXXVII.

Ideo cum Cyrillo statuimus: Christum non præsentiam, sed carnalem solummodo conuersationem oculis nostris subduxisse. Cyrill. lib. 11. in Ioh. cap. 3.

CXXXVIII.

Sed de his in Disputationis cursu forsitan accuratius. Progredimur nunc ad cætera, quæ explicanda sunt in proposita nobis questione.

Caput III.

DE ORALI MANDUCATIONE,

D 2 Hæte-

CXXXIX.

Hactenus, qua exhibeantur in Cœna Dominica, considerauimus, nunc quomodo eadem à nobis accipiantur perpendemus.

CXL.

Extra controuersiam sanè est, esse aliquam Corporis & Sanguinis Christi in Cœna per se seu perceptionem.

CXLI.

Nec in eo dissensus ullus est, quòd ad salutarem Cœna usum opus sit fide, applicante sibi beneficia, per mortem & sanguinem Filij Dei parata, & in Sacramentis oblata.

CXLII.

Hancq; ipsam beneficiorum Christi apprehensionem, spiritualem appellari carnis Christi manducationem, libenter concedimus.

CXLIII.

Status controuersia.

Hic uerò status est controuersia inter nos & Calvinianos: Num præter hanc spiritualem, alia manducatio in Cœnæ institutione sancita sit, nec ne?

CXLIV.

Nos ex uerbis Institutionis agnoscimus præter spiritualem, etiam sacramentalem, qua ore corporis, cum pane Dominicum corpus, cum uino sanguis Sacramentali unione coniunctus, una eademque manducatione (instrumenti respectu) edantur & bibantur.

CXLV.

Caluiniani hanc oralem manducationem planè reijci-

DE S. DOMINI COENA.

reijciunt, eandemq; Capernaitica laniena & Cyclopica
αρεοφαιας turpitudine, & nescio quibus alijs crimina-
tionibus, infamem reddere conantur.

CXLVI.

Verum iniuriam nobis: Sanctioni autem Domini-
ca contumeliam inferunt.

CXLVII.

Semper enim Ecclesia nostra contestata sunt, sibi
cum Capernaitica manducatione nihil commercij esse.

CXLVIII.

Et quamvis utantur hisce phrasibus: Ore seu Ora-
liter corpus Christi manducari, &c. iisdem tamen ὄργα-
νον saltem δεικτικόν, non autem modum actionis denotare
volunt.

CXLIX.

Quemadmodum enim unio Sacramentalis panis
& corporis Christi, vera quidem est & realis, nec ta-
men Physica aut naturalis: Ita quoq; manducatio, etsi
ore fit corporis, non tamen fit naturali modo, ita ut
more aliorum ciborum deglutione & traiectione in sto-
machum, &c. Corpus Christi digeratur.

CL.

Pani quidem haec accidunt, cuius manducatio in
ipso etiam Caena usu naturae legibus non eximitur: Ne-
quaquam verò corpori Christi, quod ore manducari
credimus, Accidentia verò & Consequentia oralis man-
ducationis eidem non tribuimus, cum à Christo non
sint tributa.

CLI.

Nec usq; adeò absurdum est, ut aduersarijs vi-
detur,

Exemplum
modum
nec
nec
nec
nec
nec
nec
nec
nec
nec

Capernaitica manducatio repro-
batur.

Ore, & Ora-
liter quid si-
gnificent.

II

Manducatio
corporis
Christi non
est Physica.

fundamentum
alio
nec
nec
nec

Exemplis
probat, di-
uersas sub-
stantias vni-
tas vno or-
gano sed mo-
do diuerso
apprehendi.

I.

detur, si substantias diuersas, siue personaliter, siue Sa-
cramentaliter, siue qua alia ratione coniuncta sint,
vno eodemq; percipi dicamus corporis instrumento, mo-
do nihilominus diuerso: Cum huius rei exempla in sacris
literis frequenter sint obuia.

CLII.

Vidit Iohannes Baptista Spiritum sanctum in spe-
cie columbae descendentem. Oculis certe vidit, non co-
lumbam nudam, sed ipsum Spiritum sanctum in colum-
ba apparentem. Nec modus tamen idem fuit. Naturali
enim oculorum acie columbam apprehendit, quae vis
naturalis oculorum ad substantiam Spiritus sancti per-
cipiendam non penetrare potuit.

CLIII.

II.

Verbum incarnatum Apostoli viderunt & MANI-
BUS contrectarunt, I. Iohan. I. Organo vno utrumq;
apprehenderunt; nec pari tamen modo. Naturaliter
hominem; *ἤρασαν τὸν θεόν* Deum in carne; & tamen
verè MANIBUS suis λόγον τῆς ζωῆς contrectârunt.

CLIV.

Quid igitur mirum, si vno eodemq; corporis in-
strumento, ore nimirum, diuerso tamen modo, Panis
& Corpus CHRISTI manducentur.

CLV.

Quod cum ita sit, Capernaïsmi crimen Aduersarij
nobis nullo iure intentant.

CLVI.

Fundamen-
tum oralis
manduca-
tionis.

Quemadmodum verò praesentiae realis, ita quoq;
manducationis oralis corporis Christi, fundamentum
non aliud ponimus, quàm verbum Domini, quo sacrum
hoc conuiuium instituit. Iube-

DE S. DOMINI COENA.

CLVII.

Iubebat Saluator discipulos suos comedere id, quod porrigebat ipsis, Hoc verò CORPVS SVVM profitebatur.

CLIX.

Factum hoc esse ore à discipulis, Evangelica euincit historia, Omnes enim biberunt, inquit Marcus, De poculo videlicet, quod Dominus suum sanguinem, in remissionem peccatorum effusum, appellauerat.

CLIX.

Quod si ore corporis non comederunt corpus Dominicum, sequitur aut corpus Domini non fuisse, quod cum mandato edendi datum est discipulis; aut vnius huius mandati diuersos esse sensus, quod vtrumq; tamen valde est absurdum.

CLX.

In eadem enim propositione non potest vnius eiusdemq; verbi & natius & figuratus sensus locum habere.

CLXI.

Perperam igitur faciunt Calvinista, qui verbo EDENDI & BIBENDI duplicem sancitam esse manducationem & bibitionem fingunt: Alteram elementorum, quae ore corporis fiat: Alteram Dominici corporis quae ore fiat cordis seu fidei.

CLXII.

Non negatur quidem duplicem esse manducationem in Coena; at vtramq; vno Edendi verbo expressam esse, id nequaquam conceditur.

CLXIII.

Veriusq; enim spiritualis nimirum & oralis peculiarem Dominus fecit mentionem, eandemq; proprijs expressit verbis.

ORA-

Duplex manducatio corporis Christi in Coena.

CLXIV.

1. *Oralem quidem (qua & Sacramentalis dicitur propter unionem panis cum corpore Christi mysticam) verbis illis: Edite, hoc est Corpus meum: Bibite, hic est Sanguis Noui Testamenti.*

CLXV.

2. *Spiritualem verò verbis sequentibus: Quod pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum, quibus cor requiritur fidele apprehendens Christum cum merito & beneficijs suis vniuersis.*

CLXVI.

Sed & mandatum addidit Christus, quo utramq; manducationem in Cæna usu vult coniungi: Hoc facite, inquit, in mei commemorationem, hoc est, ut Apostolus interpretatur: Quotiescunq; de pane hoc, (qui νοῦωτια est Corporis Christi) comederimus, & biberimus de calice hoc, (qui νοῦωτια est Sanguinis Christi) mortem Domini annunciare debemus.

I. Corinth. II.

CLXVII.

Etsi verò coniungi debent manducatio Sacramentalis & Spiritualis, nequaquam tamen confundenda, sed accuratis limitibus discernenda sunt.

Quid differant manducatio Sacramentalis & Spiritualis.

CLXVIII.

1. *Quæ enim ore fit corporis & Sacramentalis appellatur, & οἶα percipit corporis & sanguinis Christi. Quæ autem corde fit fidei, & ἐγγύδα apprehendit, hoc est, meritum corporis & sanguinis Christi eiusq; fructum, seu ipsum Christum cum omni beneficiorum thesauro.*

CLXIX.

Oralis

Oralis huius Sacramenti propria est, annexa, di-
uino mandato & ordinatione, ad externa symbola panis
& vini: Spiritualis in omnibus Sacramentis diuinitus
instituta, ut & in ipsa Euangelij predicatione locum
habet.

II.

CLXX.

Cumq; spiritualis haec omnium seculorum fuerit,
siquidem & Patres in veteri Testamento carnem Christi
manducarunt, non κατ' ὁσίαν, ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν, (Non
enim incarnatus fuit in veteri Testamento Filius Dei:
attamen Agnus Dei ab origine mundi occisus est,
Apocal. 13.) Oralis in Nouo demum Testamento in-
stituta est.

III.

CLXXI.

Spiritualis porrò ad salutem ὁπλῶς est necessaria:
Qui enim carnem Christi non manducat (fide & spiri-
tu) vitam in seipso non habet, Iohan. 6. sacramenta-
lis verò necessitate obediendi mandato Christi, & con-
firmanda fidei Christianis insumbit, non tamen ita sim-
pliciter necessaria est, ut non illi, qui per atatem sese
probare non possunt, aut quodam impediuntur neces-
sitaris casu, exempti esse possint.

IV.

CLXXII.

Spiritualis in perpetuo & continuo usu est apud
Christianos, & ad Cæna usum affertur, inq; ea sic ex-
erceitur, ut & sui incrementa inde capiat, & Sacra-
mentalem manducationem salutarem praestet: Ipsa
verò Sacramentalis, stans temporibus fieri solet pro

V.

E

unius-

II. *uniuscuiusque pietate & deuotione.*

CLXXIII.

VI. *Cum deniq; Sacramentalis dignis pariter & indignis communis sit, ita tamen, ut ad iudicium his; ad salutem illis vergat: Spiritualis tantum fidelium est, ideoq; semper salutaris.*

CLXXIV.

Hinc ergo patet, Christum non tantum spiritua- lem confirmare, sed oralem etiam seu Sacramentalem instituere voluisse in Coena Sacramento.

CLXXV.

Patres quã-
ti fecerint
oralem mā-
dicationem.

Eandem sententiam orthodoxa etiam Antiquitas ex verbis Christi semper retinuit, eamq; varijs vario- rum haeticorum strophis & imposturis opposuit.

CLXXVI.

Carnis certè resurrectionem contra Hereticos Hy- menai & Phileti errorem amplexos, ex orali mandu- catione corporis Christi in Coena Tertullianus probauit.

CLXXVII.

Sic enim in libro de Resur. Carnis, inter alia scri- ptum reliquit: In manducatione corporis Christi in Coena, corpus & anima operas suas coniungunt. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, ut ani- ma de Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede, quos opera coniungit eadem.

CLXXVIII.

Hilarius ex eadem Orali manducatione Arrianos resu-

refutans Christum non tantum fide & spiritu, sed carne etiam nobiscum uniri ostendit. Ait enim: Christum in Patre esse per naturam Diuinitatis; Nos in Christo esse, per corporalem eius natiuitatem: Ipsum verò Christum in nobis per Sacramentorum mysteriũ.

Lib. 8. de Trinitat.

CLXXIX.

Cyrilli in eandem sententiam verba notatu digna sunt: Non negamus, inquit, fide & charitate nos spiritualiter Christo iungi, sed nullam nobis conjunctionis rationem, secundum carnem cum illo esse, id verò pernegamus. Quando enim omnes de vno illo pane participamus, facit mystica benedictio Christum communicatione suæ carnis in nobis habitare. Non ergo habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, verum etiam PARTICIPATIONE NATURALI Christus in nobis habitat.

In Iohan. lib. II. cap. 26.

CLXXX.

Hortatur Chrysostomus Christianos, ut linguam & labia à vitijs purgent, eò quòd πρὸς τὴν εἰσόδον τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ, hoc est, vestibula per quæ aditum Christus ad nos facit.

CLXXXI.

Quibus testimonijs sententia nostra de Orali manducatione liquidò confirmatur, quam tamen sententiam non ab Antiquitate mutuati sumus, sed ab ipso Salvatore nostro didicimus.

E 2

Hanc

CLXXXII.

Hanc igitur disputationis partem verbis Leonis concludimus: Nihil prorsus de veritate corporis & sanguinis Christi ambigimus. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur. Et frustra Amen ab illis responderetur, à quibus contra id, quod accipitur, disputatur.

Homil. 6. de ieiunio.

Caput IV.

DE INDIGNORVM
MANDUCATIONE.

CLXXXIII.

Indigna multis visa est theatro Ecclesia, hac de indignorum manducatione disceptatio, cum institutum non sit hoc epulum, ut profanetur, aut indignè accipiatur; Christianis verò in sui probatione tantum negocij sit, ut de indignis solliciti esse opus non habeant.

CLXXXIV.

Verùm quibus Sacramentariorum fraudes cognita sunt, hi non modo non indignam, sed maximè etiam necessariam esse huius questionis tractationem planè existimant.

CLXXXV.

Ex hoc enim argumento, quo indignos corpus Christi non manducare contendunt, tanquam ex primario

DE S. DOMINI COENA.

mario quodam caussa sua propugnaculo, veram corporis Christi presentiam eiusq; orationem manducationem, impugnant.

CLXXXVI.

Ne igitur veritas laboret, ex hoc presidio eijciendi, & in aperto, verbo Dei convincendi sunt; quod commodissime à nobis fiet, si ex Institutionis ratione, ab omnibus Communicantibus, siue digni sint siue indigni, integrum Sacramentum, hoc est, cum pane corpus Domini, cum vino sanguinem manducari & bibi ostendamus.

CLXXXVII.

De Indignis cum loquimur, non intelligimus infirmos in fide. Hi enim, si Spiritu contriti cordis famelici ad mensam Domini accelerent, omnium conuiuarum sunt dignissimi, iuxta illud Saluatoris: Beati esurientes, Matth. 5. Indigni qui?

CLXXXVIII.

Nec eos in censu indignorum habemus, qui extra Ecclesie versantur pomeria, & mysteriorum fidei prorsus sunt ignari. Siquidem ad hos Sacramenta, quae sunt *ὑποτίθηται* Ecclesiae, non pertinent.

CLXXXIX.

Indignos autem appellamus, qui membra sunt Ecclesiae, sed non viua: qui fidem profitentur Christianam, sed non seruant: qui impij sunt, siue palam ipsorum prostent flagitia, siue hypocrisi pallientur.

CXC.

Status con-
trouersæ.

De his, num in sacra Cœna usu verum corpus & sanguinem Christi accipiant, controuertitur.

CXCI.

Rationes
p Indigno-
rum mandu-
catione.

Nos affirmantem sententiam, contra Calvinianos pertinaciter hoc negantes, defendimus, idq; euidentibus rationibus inducti facimus.

CXCII.

I.

Certum namq; est, Saluatorem non nisi unam instituisse Cœnam, in qua tantum huic, quantum illi offert, non nuda nimirum symbola, sed cum yisdem verum corpus & verum sanguinem suum.

CXCIII.

II.

Constat deinde ex historia Euangelica, Iudam proditorem & ipsum Cœna actioni interfuisse, & cum reliquis discipulis Christi Sacramentum Domini accepisse: Sacramentum inquam, hoc est, non symbola tantum, sed Sacramentum integrum, quod duabus rebus constat, pane nimirum & corpore CHRISTI, &c.

CXCIV.

Bonum corpus Domini accepit Iudas, sed quia bono benè usus non est, malè vtendo deletus est, inquit Augustinus.

CXCV.

III.

Idem de omnibus indignè Cœnam Dominicam usurpantibus rectè infertur. Quia non à fide vtentis, sed à mandato & promissione Instituentis, pendet Sacramenti integritas.

D. Apo-

CXCVI.

D. Apostolus ad Corinthios scribens, de indignis
testatur, quod rei fiant corporis & sanguinis Domi-
ni, sibiq; iudicium edant & bibant non dijudican-
tes corpus Domini, 1. Corinth. 11.

IV.

CXCVII.

Reatum dicit illos contrahere, hoc est, culpam iu-
dicio & damnatione dignam, non in pane; sed in cor-
pore Dominico, idq; indignè manducando de Pane
Hoc, qui non nudus panis est, sed *νοῦν* corporis
Christi, 1. Corinth. 10.

CXCVIII.

Participes igitur fiunt indigni per usum huius Sa-
cramenti, corporis & sanguinis CHRISTI, sed ad
iudicium, ut Apostolus loquitur, seu ut olim Ecclesia
cecinit:

Sumunt boni, sumunt mali,
Sorte tamen inæquali,
Vitæ & interitus.

CXCIX.

Cuius tamen interitus causa non est ipsum corpus
CHRISTI, sed utentium incredulitas.

CC.

Quemadmodum enim sanguis Christi in ara crucis
pro multis in remissionem peccatorum effusus est, qui re-
missionem tamen peccatorum non consequuntur, sed
in

V.

in peccatis suis moriuntur: Ita quoque in Cœna idem sanguis offertur quidem, ut sit salutaris animarum refectio, saepe tamen finem suum non assequitur, cum multi eos sanguinis Christi se constituent, sua incredulitate, ut in æternum pereant.

CCI.

Non igitur hanc sententiam de manducatione indignorum infringit, quod de vinifica carnis Christi virtute aduersarij nobis obijciunt, ut nec Apostoli quod nobis opponunt dictum: Non potestis poculum Domini bibere, & poculum Dæmoniorum.

I. Corinth. 10.

CCII.

Paulus enim non de facto, sed de iure loquitur. Nam si de facti impossibilitate verba ipsius intelligenda essent, dum ne vini quidem indigni fierent participes, quod tamen & ipsum poculi Dominici appellatione comprehenditur.

CCIII.

De spiritali manducatione verè Saluator dixit: Qui carnem meam non manducat, non habet in se manentem vitam, Iohan. 6.

CCIV.

VI. *Verùm cum Christus non tantum vite autor sit credentibus, sed index etiam & vindex impietatis in incredulis, rectè cum Paulo pronunciamus, eos qui indignè manducando in corpus Dominicum iniuriosi sunt, iudicium sibi manducare.*

Quemad-

*Quemadmodum enim verbi, ita quoque Sacramen-
torum ministerium, odor vitæ est ad vitam credenti-
bus, his verò qui pereunt, hoc est, incredulus, odor
mortis ad mortem, 2. Cor. 2.*

VII.

*Concludimus itaque & hanc Disputationis partem
verbis Augustini contra Donatistas: Boni, inquit, &
mali simul manducant & bibunt corpus & sangui-
nem Christi, sed cum magna distinctione, illi in
misericordiam, isti in iudicium. Nec interest cum
de Sacramenti tractatur integritate, quid credat,
aut quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramen-
tum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed
ad Sacramenti quæstionem nihil interest. Fieri e-
nim potest, ut homo integrum habeat Sacramentum,
sed peruersam fidem.*

Caput V.

DE CEREMONIIS
NONNULLIS AD COE-
NAE ADMINISTRATIONEM
spectantibus.

*In Sacramento Cæna, quedam ad Sa-
cramenti integritatem pertinent, quæ substantialia
vocantur; Quædam non pertinent, & vel adiaphora
sunt,*

Rerum Sa-
cramentali-
um distin-
ctio.

III
sunt, boni ordinis & disciplina causa introducta, Di-
uino tamen mandato nec constituta nec prohibita, vel
necessaria quidem sunt, ad salutarem imprimis usum,
nec ad substantiam tamen pertinent, qualia sunt, in
hoc quidem Sacramento, Probatio sui, & mortis Do-
mini annunciatio.

CCVIII.

Quod postremum hoc attinet, de eo Calvinianis
nobiscum ferè conuenit: Quae verò substantiam ipsam
concernunt, prioribus capitibus expedita sunt. Restat
igitur, ut de Adiaphoris nonnulla subiiciamus.

CCIX.

De Adiapho-
ris rectè v-
surpandis.

Etsi verò de his Augustini sententiam probamus,
quam habet in epistola quadam ad Ianuarium; ubi sic
scribit: Totum hoc genus liberis habet obseruatio-
nes, nec disciplina in his vlla est melior graui pru-
dentiq̃ue Christiano, quàm vt eo modo agat, quo
agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque fortè de-
uenerit. Quod enim non contra fidem, neque
contra bonos mores iniungitur, indifferenter est
habendum, & pro eorum inter quos viuitur societa-
te ferendum est.

CCX.

Quia tamen in his ipsis rebus medijs ad Cœnam
Domini pertinentibus, lex tam fidei, quàm Christiana
libertatis ab aduersarijs violatur, conformatio inter-
nos & ipsos in ceremonijs institui nulla potest.

Præter-

CCXI.

Præterquam enim quod veritati & pntē, adeoq̄
Testamento Christi vim inferunt, nos quoq̄ præter me-
ritum, in superstitionis suspicionem, propter Aras, Ob-
lata, Fractionem Panis intermissam, &c. inducere non
verentur.

CCXII.

Idq̄, eò grauius nobis accidit, quòd in hac parte,
vires duplicis cordis sui in nostras Ecclesias euomunt ij,
qui Augustana Confessione tamdiu addicti videri vo-
luerunt, donec rerum vice ex sententia sua mutata,
in Cinglianorum castra transire integrum ipsis fuit.

CCXIII.

Quod quidem genus hominum, Carolstadiani
vertiginis æstro percitum, longè molestius est nobis,
quàm ij, qui alienos sese ab illa Confessione nostra pa-
lâm professi sunt, qui, modò de substantia Sacramenti
inter nos conueniret, de adiaphoris sese litem non mo-
turos vllam liberaliter concedunt.

CCXIV.

Sed querela hîc non est locus. Rem ipsam videa-
mus, qua Nouatores tantopere offendit.

CCXV.

Aras non vlllo pietatis prætextu fieri posse cla-
mant, cum Iudaismum sapiant, & Idololatriæ Pontificiæ De
olim instrumenta fuerint, Christus verò suos Ministros
non Altaristas constituerit. Ideoq̄, mensas necessario in
ipsarum locum restituendas esse dicunt.

F 2

Facile

CCXVI.

Facile nos sanè concedimus, in mensa Christum primam instituisse Cœnam: at interim, sine mandato, necessario super mensam Sacramenti huius administrationem peragendam esse, tam non persuadebunt nobis, quam non persuadebunt, ut in diuersorio publico ad imitationem Christi Cœnam solenniter celebremus.

CCXVII.

Non constituit Saluator Ministros suos Altaristas, aiunt: Fatemur utrò. Sed dicant nobis, ubi Ministras eosdem Dominus constituerit?

CCXVIII.

Abusus rei substantiam non tollit, Aras itaq; liberè usurpamus, postquam easdem omni Papistica superstitione liberauimus.

CCXIX.

Quod si enim Paulus de Idolothyto comedere permittit Corinthijs, si non tanquam Idolothytum sed tanquam communis cibus apponatur: 1. Cor. 10. Cur in ijs, que cum minore periculo coniuncta sunt, eadem Christiana libertate nobis uti non liceat?

CCXX.

De Pane deinde in Cœna usu adhibendo, bellum nobis mouent, hunc enim non azymum, sed communem seu fermentatum esse volunt.

CCXXI.

At hanc Christo litem intentant, qui non fermentatum, sed azymum panem huic actioni adhibuit: Nec conuenit ipsis cum Coryphæo suo Beza, qui hoc ipsum in ἀδιαφόρων censum ponit.

Quod

I I.
De Pane
Cœnæ.

CCXXII.

Quod verò nec forma rotunda, nec materia quam nutritioni minus aptam censent, nec appellatio Oblatarum ipsis placet, faciunt pro suo more, quo nihil, nisi quod ipsi faciant, rectè putant factum.

CCXXIII.

Nihil horum nos excogitauimus, sed à pia vetustate omnia accepimus, quæ panes rotundos, σποσυλοδῆς appellatos, in usu habuit, teste Epiphanio in Ancorato, & panem liberalem, à Communicantibus allatum, oblatorum nomine insigniuit.

Iustin. Apolog. 2.

CCXXIV.

Cùm verò hic ipse panis quo nos utimur ex farina cum aqua subacta pistione fieri soleat, frigida profectò calumnia est, quam de spuma panis in nos effutiunt.

CCXXV.

Cæterùm ob fractionem Panis à nobis intermissam acriter nos obiurgant. Hunc enim ritum ex mandato Christi dicentis: Hoc facite, &c. necessarium esse, & ad passionem Dominicam representandam valde accommodatum censerì dicunt.

III.
De Fractione panis.

CCXXVI.

Verùm nos mandati Saluatoris nostri non adeò negligentes sumus, ut non religiosè nobis obseruandum statuamus, quod præcepit ille: At mandatum accepimus non de pane solenniter frangendo, sed de edendo & bibendo corpore & sanguine, & annuncianda morte ipsius.

F 3

Quod

CCXXVII.

Quod autem de analogia panis fracti & corporis Christi crucifixi pratexunt, id fictitium est, & testimonio Iohannis refutatur, qui Christo in passione os nullum comminutum esse testatur, Ioh. 19.

CCXXVIII.

Fractio verò panis cum distributionis causa instituta sit, (unde distributio ipsa hoc nomine sæpius in sacris literis appellatur Esa. 58. Thren. 3. Actor. 2. &c.) satis nobis est, panes fractos, seu particulas multas distributioni aptas, in administratione adhiberi.

CCXXIX.

IV.
De modo
accipiendi
panem.

Modum denique accipiendi panem urgent eum, quo in manum detur Communicantibus particula panis sacri, aut poculum benedictionis.

CCXXX.

Sed huius ritus probationem afferre nullam possunt, & iam dudum Beza & alij huius consuetudinis intermissionem, nihil derogare Sacramento demonstrarunt.

CCXXXI.

Detestanda igitur istorum est hypocrisis, qui negantes corpus & sanguinem Christi in Cœna, Testamentum ipsius Filij Dei euertere conantur, interim de ceremoniarum observatione tantas mouent tragœdias, Quid quaeso est (si hoc non est) culicem percolare & camelum deglutire? Matth. 23.

Nostrum

CCXXXII.


Nostrum est, Deo gratias agere pro
luce veritatis, cumq; ardentibus rogare
precibus, vt nobis libertatem, in quam
CHRISTVS nos asseruit, saluam præ-
stet, & gloriam suam vindicet ab om-
ni Sophistica; Per Dominum no-
strum IESVM CHRIS-
TVM, Amen.

F I N I S.



D E S D O M I N I C O E N A .

DE...
Nostri est, Deo gratias agere pro
incedentibus, tunc ad eum rogare
precibus, ut nobis libertatem, in quam
Christus nos redemit, liberam pre-
stet, & gloriam suam vindicet ab om-
ni hoste. Per Dominum no-
strum IESUM CHRISTUM
FILIIUM DEI UNIGENITUM
ET VERBUM DEI
FACTUM CARNEM
ET HABITANTEM
INTER NOS
QUI PRO NOBIS
SE IPSE DEDIT
REDEMPTIO-
NIS PRECIUM
QUI PRO NOBIS
SE IPSE DEDIT
REDEMPTIO-
NIS PRECIUM



...



Gb 1801

ULB Halle

3


003 914 925





5/2

1077







Quæstio
DE SACRA

DOMINI COENA,

Continens statum controuersia
inter Ecclesias Augustanam Con-
fessionem amplectentes & Cal-
uinianos;

Proposita

CORNELIO BECCERO
S. THEOLOGIAE LICENTIATO,
Lipsiæ ad D. Nicol. Pastori

*In actu Doctrinae VIII. Nouemb. An.
M. D. XCIX. celebrato:*

Et comprehensa certis Thesisibus, vt de
ijsdem suo tempore & loco placida
συζητησις instituatur.

LIPTAE

Imprimebat Michael Lantzenberger.

Sumtibus IACOBI APÉLII.

